tes inuicem ſingularum ſpecierum numeros colligemus motum æqualem dierum 30 ſicut ſubiecimus. Ac quia dies, inſtar integri, multiplicati in quaslibet ſpecies relinquunt eaſdem, ideo extremus numerus ad dextram nempe 30. eſt octauorum ſcrupulorum, vnde etiam patet ſpecies cuiuſq; reliquorum numerorum verſus ſiniſtram, & alter quidem extremus nempe 29. ad gradus ſpectare colligitur.

Multiplicandi. 59 1ª, 8 2ª, 19 3ª, 37 4ª, 24 5ª, 25 6ª. 41 7ª, 30 8ª
Multiplicans. 30.

29	4	9	18	12	12	20	19	30
	30	0	30	30	0	30	30	
29	34	9	48	42	12	50	49	30
Gra,								octa.

NVMERVS natus ex multiplicatione.

Quod ſi eundem motum diurnum per 60. Dies, id eſt, vnam ſexagenam dierum multiplicare volueris quia vnitas, vt vulgò rectè dicitur, nec multiplicat nec diuidit, numeri quidem omnes manent ijdem, verum ſingulæ ſpecies in proximè ſuperiores tranſeunt, quemadmodum ex regulis ſupra traditis ea de re iudicari poteſt, Eritq; motus 60. dierum 59. grad. 8 1ª, 19 2ª, 37 3ª 24 4ª, 25 5ª, 41 6ª 39 7ª. Quod ſi horum numerorum ſingulorum dimidium ſumpſeris, facilius ad huc motum 30. dierum venaberis, quód ſatis eſt monuiſſe lectorem, vt meminerit ſimilia compendia in alijs quoq; exemplis non eſſe aſpernanda. *Aliud exemplum.* *Compendium primi exempli.*

Motus diurnus ☽ æqualis à ☉. eſt part, 12. 11 1ª 26 2ª. 41 3ª, 29 4ª, 57 5ª, 49 6ª, 37 7ª, 11 8ª. Cupio ſcire motum annuum ☽ à ☉ id eſt, dierum 365. Primum dies coaceruato in ſexagenas, quòd Græci ſcriptores logiſtici generaliter vocant ἀνασιβάζειν. Habebis igitur 6. ſexagenas & 5. dies. Primum multiplica ſingularum ſpecierum numeros per quinarium, poſtea ſimiliter per ſenarium, collige in vnam ſummam numeros eiuſdem ſpeciei. Sic enim conflabis motum annuum Aegiptiacum vel communem, vt hic ſubiecimus. *Aliud exemplum.*

				/	//	///	////	/////	//////	///////	////////
			12	11	26	41.	29	57	49.	37	11
										6	5
		1	0	2	3	2	4	4	3	0	55
			0	55	10	25	25	45	5	5	
	1	1	2	4	2	5	4	3	1	6	
		12	6	36	6	54	42	54	42		
Numerus procreatus	1	14	9	37	22	27	16	46	51	13	55
	Sexa 2æ	Se, 1æ	Par.	1ª	2ª	3ª	4ª	5ª	6ª	7ª	8ª
											Abijcitur